

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Henning Zabel Werner Fabritius

## **Physica Disputatio De Memoria Et Reminiscentia**

Rostochii: Myliandrus, 1601

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729069125>

Druck Freier  Zugang



H. Zabel  
R.U. phil. 1601.



A. A. M. M.  
Physica Disputatio  
<sup>D E</sup>  
**MEMORIA ET  
REMINISCEN-  
TIA.**

Quam in inclyta Rostochiensium Acad. Can-  
didorum censorum judicio permit-  
tebat, & publicè disceptab.

M. HENNINGUS ZABEL  
MEGAPOLIT.

*Respondente*

WERNERO FABRITIO  
Neomonasteriensi Holstato.

Hora VI. mat. 3. Octob. In Audi-  
torio magno.

Dr. Balthazar Bo  
uo  
94



ROSTOCHII,  
Imprimebat Stephanus Myliander,  
ANNO M. D. CI.

M. K. L. O. S. F. H. G.

A. S. B. D. I. M. P.

O. X. C. Y. R. T.

v. c. & d.

63



Reverenda Dignitate,  
Eximia pietate,  
Doctrina multiplici  
Omnis virtutum & prudentiae  
genere clarissimis viris

Dn. VALENTINO SCHACHTIO  
Dn. DAVIDI LOBECHIO,  
S. S. Theologiae Doctoribus, & in celeberrimi-  
mâ Rosarum Academiâ Professoribus meri-  
tissimis, Dominis Patronis & Præcepto-  
ribus suis, omni observantia  
æternum colendis,

VT ET

Dn. M. JO ANNI POSSELIO,  
Graciarum literarum in eâdem Academiâ Pro-  
fessori dignissimo, Promotori & Præceptorî  
suo perpetuum honorando

Has de MEMORIA & REMINISCENTIA  
positiones debitæ pietatis, observantiae & grati-  
tudinis ergo submissæ dicat, consecrat,

Wernerus Fabritius Neomona-  
steriensis Holsatus.



# ΜΕΓΑΛΗ ΕΠΙΣΤΗΜΗ ΠΕΡΙ ΜΝΗΜΗΣ.

## I.



Tin hac & ioxn disquisitionis nostra controversias ad rem pertinentes videamus, ut quod anceps & dubium esse habeamus designatum, non abs re nobis est questionem & est, qua nodosis disputationibus ex laudata Aristotelis & & & prima esse sole, primo statim adiuu enodare & excutere. Lib. 2.

Post. analyt. Quod est de divinâ hac animâ potestate querere me-  
gadōz̄wac̄ videatur, dubitandi tamen rationes existunt speciosâ ad-  
modum, nec silencio prorsus involuendæ.

2. Si enim communī omnium confessione approbata stat sententia : Nemp̄ eos, qui cerebro sunt duriore, difficilius apprehendere, retinere pertinacius : qui verò molliore, eos facile recipere quidem, sed retentione uti minus fideli ac diuina ; utiq̄ memoriam custoditæ species in materia videntur esse : At hæc unā atq̄ alterā specie si inducatur, mille tandem opplerat speciebus foris confundetur. Cum enim memoria nostra penè sit infinita, quibus naturæ principiis ex tanto specierum cumulo alteram altera non impediret ? aut quomodo una suo inclusa loco, quem etiam atq̄ etiam tutetur, aliam de loco tumultuantem non excludat ut incommodam contubernalem ? Aut igitur omnino nullis cerebri certè materialis sedibus ac spaciis ordinatae erunt atq̄ etiam ita dispo-  
site, ut unumquodq̄ separatis, cuncta confertim, singula ordinatim, promamus, statuamus, digeramus : aut certè, si istud dicemus, decreta sapientum, qui impressiones in cerebro fieri existimarunt, corrigentur.

3. Hic ut rei difficilis salvaret veritatem, quid ex cogitarit Avi-  
cenna, proditum & improbatum à Scaligerio habe mus. Exerc. 307.  
Sect. 28. Cum quo conser illustrissimi Zabarella librum lectu dignum, De  
Mente agente. Ipsi ferè sic videtur : Ipsius cerebri & in ipso spirituum

*nō ḡtū conferre quid, tū ad alias anima functiones rite obeundas, tū ad abolitionem vel retentionem imaginum, quibus Memoria vel Recor-datio exerceatur: Quia vero subjectum non est, sed instrumenti vicem prebet anima operanti, ob id adeo angustis terminis acceptae species non cohibentur, ut succedenti alteri altera decedat, sed habent quo se pro-movereant, nempe infinitam anima condensis ac promensis potestatem.*  
Arist. lib. 3. De an. cap. 8. Cujus locum citat Scalig. Exerc. 256. Zabar.  
De Mente hum. cap. 6. Lib. De Specieb. intellig. cap. 5.

4. *Nēq; enim recipi dicuntur in cerebrum, quomodo cera annuli si-gillum imprimitur, aut in argento moneta cuclitur, aut uti etiam in spe-culo res visiles cernuntur: Plato, cuius opinionem notat Melanton Lib. De An. Tract. De ventriculis cerebri. Sed hujus, ut ita dicam, memorialis impressionis modus proprius accedit ad impressionem specierum, quae sit in sensu aliquo extero, in quo vestigia sensilium quandoq; relinquuntur con-tingit etiam ab iunctis rebus.* Zabar. De Sensu agenti.

5. *Quod ad cera & metalli attinget similitudinem, sit ea in hac im-pressio figuram aliquam imprimente; Vnde superficies redditur in-equalis, & effigies certam in cera spacium occupare cogitur; Nēq; vero etiam in speculo conservantur imagines ut in oculo, sed superficie-venus tuncum representantur in corpore illo polito; quod speculo cum aqua & alijs liquoribus limpidus commune est, à quibus abeunte re fla-tum etiam imago rei, que in iis cernebatur. Horum nihil sit in oculo vel cerebro; sed cum species illæ incorporeæ modo quodam ineffa-bili imprimantur, nec ullum occupent peculiare spatum, sit ut omnes ser-vetur distinctæ, nec unius super ventu altera deleatur.*

*παῖα ἐσὶ μηνύματα;*

6. *Hac de questione ē ēst. Ut item li ēst rectius expediatur, ab objecti circa quod Memoria versatur, disquisitione nobis ordiendum est: quæ quidem procedendi ratio quantum hujuscemodi disputationis comodet, norunt ii qui 33. in Secundo de An. contextum diligenter egerint & Aphrodisi placita contulerint. Alexand. lib. 6. Top.*

7. *Prin-*

7. Proinde, cum Memoria pertineat ad vim animæ cognoscendam,  
et illa quæ cognoscimus sint aut præterita, aut præsentia, aut futura,  
erit ipsa vel unus ex his, vel duorum, vel omnium. Arist. De Mem. et  
Comm. 2. At qui futurorum esse non potest; Cum ea sint doctissimæ  
et amissæ. Aut enim sciuntur sub certa notione, et gignitur eorum  
Scientia, vel incertâ, et habetur de iis Opinio: Auerr. in Proem. lib. 1.  
Post. Vel etiam Divinatio. Consale Trophonium Leonici, Duos item  
Ciceronis libros de Divinat. Aut expectantur, et ut bona appe-  
tuntur, et speramus eas; aut ut mala fugiuntur, et Metus eorum esse  
dicitur: Scalig. Exerc. 310. Sect. 1. Sed neq[ue] præsentium erit; cum  
haec sensu vel intellectu cognoscantur: Ut si audias narrantem historias  
rerum ante nostram etatem gestarum, verba qua dicuntur, sensu percipi-  
bis, res vero ipsis mente apprehendis vel phantasia. Cum igitur  
acceptas ab imaginatione species Memoria reponat et conservet, re-  
linquitur quod tantum sit præteriorum, h[abitu] ante cognitorum. Aphrod.  
De An. cap. de Phant.

8. His ita discussis ipsa Memoria definitio consilie: quæ ut à ludo  
sophistico sit tutior, ad communiendum eam haec cautela pro vocabuli  
ambiguitate necessaria videtur, qua simul ad habendum optimæ dele-  
ctum definitionis admonemur: Memoria, ut Albertus, In summa de Hom.  
annotavit, tribus modis à Philosophis accipitur: Primo, pro ipsa fa-  
cilitate, qua meminimus seu recordamur; Et sic definieatur à Scaligero  
Vis animæ communis ad reminendum tam rerum imagines. i. phanta-  
smata, quam notiones universales, easq[ue] vel simplices, vel complexas,  
quæ tanquam depositum reconditæ ac servatae viciſsim, ubi opus fuerit,  
exhibentur. Secundo pro recordandi actu, quo animal ad res sensi-  
les revertitur medius sequacris, que in eo posse priorem comprehensio-  
nem remanserant. Tertio, pro habitu acceptandi et reddendi ima-  
gines; et ferè etiam, licet aliquantum in proprietate, pro ipsis imaginibus,  
quarum insinuatione Memoria colitur et veluti pingitur; quomodo  
Themistius quasi Aristotelis Beccv. 1071a supplens inquit: Me-  
moria est habitus, quo derelictum in anima spectrum reperitur.

9. Ad actum Memoria hæc ferè concursim requiruntur: Pr. Imaginis antea impressæ notio, Dein, ejusdem imaginis ad rem, cuius est imago, comparatio, per quam ea res agnoscitur denuò sive præsens sive absens. Tertio, Cogitatio, quod illam eandem rem antea videris, noveris. b: Comprehensio præteriti temporis, seu recognitio comprehensionis prioris. De qua dicebat Scotus: Nisi iste actus cognoscendi præteritum ut præteritum in nobis esset, fore ut prima prudentiae pars desit; ut boni nunquam se præmiis afficiendos, aut mali se justè damnandos cognoscere valeant: Præmium namq; & poena bonum & malum præteritum sequuntur. Qui ergo præteritum in seipsis non percipiunt, justitiam in præmio & poena non agnoscunt, quod certè destruit omnem societatem civilem. Hæc ille.

Lib. 4. Sent. Dist. 45.

10. Itaq; temporis comprehensio cum non detur absq; animæ numeratrici ratione, quæ actum reflexionis seu sensuonis sensuonem exigit, quod solius hominis ratiocinio vigentis proprium est, non poterit illa veritate ius tribui, quæ carent ratione. Arist. lib. 4. Physic. cap. 11. 12. Quod si tempus cognoscere videntur, erit hoc per accidens; quatenus scilicet motionem in tempore factam cognoscunt; v. g. Si asinus, qui ante biduum in foveam corruit, ad eandem reversus eam declinet, non certè videtur id fieri, quod cogite se jam antea in foveam corruisse, sed quod à re præsenti commota imago intus impressa terreat phantasiam, & metum incutiat. Offert enim se scrobiis species cum specie mali, ipsius scilicet doloris, quem ex casu percepit.

Oste 250's ai d'averat, ne' me m'orà n'v  
L'awr m'orov'cei.

11. Que omnia secum hoc consularium subinferunt: In bruis, cum temporis comprehensione careant, propriè loquendo, Memoriam non esse: Sed quacunq; in iis videntur, purioris phantasie, (qua nonnulla animalium vigore monuit Themistius, Aristotle negavit) opera sunt: imagines acceptantes & varie versantes, non autem memoria conservant, certaq; temporis conditione ipsas reperentes. Zab. De Facultan. c. 11.

Tiv 6

TIV CAP TIT ΤΗΣ ΨΥΧΗΣ ἐσίν η μνήμη.

12. Porro, ad quam anima partem Memoria pertineat, questionis est. Vbi quod non sola singularia meminerimus, sed ipsa quoq; vñtra repetita per penfione cieamus, statuendum erit cum doctissimo Scaligero Memoriam esse facultatem sensui & intellectui communem: Exerc. 307. Sect. 2. Neq; aliter voluit aut potuit Arabica Philosophia princeps ille, cum in summo gradu facultatum sencientium Memoriam collocaret, ut esset sessionum quasi finis, & principium intellectus.

13. Sed ne cum Ioanne Duns & Burido, qui Menti Memoriam per se attribuendam esse, eamq; excellentius in mente, quam in sensu exerceri voluerunt, aberremus, ad Intellectum eam per accidens tantum referimus: Quatenus scilicet intelligibilium Memoria non est sine phantasmatis, ad quae mens necessariò respicit, si quando intellectus species recolit. Arist. De Memor. Comm. 5. Lib. 3. De An. cap. 7. 8. Phantasia autem adjunctarum etiam rerum imagines repetere potest & contemplari sine subsidio alterius. Zabarelli. De Specieb. cap. 4. 6.

14. Concludamus igitur: quod si propria mentis facultas esset Memoria, nec commune quid haberet cum phantasia, non solum ejus experitia forent bruta, sed homo etiam ipse ejus particeps non remaneret; Quia verò solus homo perfectè meminit, & simile quid etiam in brutis residet, inde sequitur, hominem non facultate mentis, sed vi communis & primi Sensorii meminisse. Zab. De Fariit. an. cap. 9. Fracast. De Symp. cap. 16. Arist. initio lib. de Sensu, &c.

IIΟΣ ΕΚΚ ΤΟ ΜΝΗΜΟΥ ΒΕΙΡ.

15. Ceterum μνημονίων ζητημάτων, Quæ ad pleniorē harum rerum intellectionem faciunt, quibusq; ut observavit Thomas, tertium Aristotelis quæstum explicatur: Ob quam nimirum causam Memoria efficiatur; immemores hic esse nec volumus, nec debemus.

16. Et quidem primaria questio est: Utrum simulaciri praesentis & in memoria relictū meminerimus, an potius rei absentis, quæ in sensu alignando fuit. Si enim solius simulaciri, nulla erit rei, quippe quæ transivit; quomodo igitur Memoria erit præteritorum? Sin autem rerum, quæ absunt, ac fortè transferunt, quā tunc fiat, ut per species, praesentes

sentes rei absens nec amplius perceptibilis qualitatem aut modum ullam cognoscamus?

17. Ad hoc respondendum: Quod nec solius rei, nec solius imaginis, sed rei absens per presentem imaginem recordemur; sicut & sensus eorum mininerunt, quae in eorum pueritia gesta sunt. Οὐν τὸ γε  
τὸν τοῦ πατέρος, η τὸ εἰπίδε. Arist. lib. 2. Rhet. cap. 13. Ipsa tamen jam presentia non sunt, quamvis eorum simulacra adhuc in animo represententur.

18. Hinc alia nascuntur ac dissolvuntur problemata: Cur scilicet alii alii minus sint memores? Què fiat ut aliquando in memorem veniant de quibus dubitare subit, an anè sci verimus nec ne? Quomodo interdum pariter intelligamus & reminiscamur? Quomodo Ecstasici eorum, quæ animo conceperunt, recordari se putent? Deniq, quomodo meditationes memoriam confirmant.

19. Ac primo quidem, cum impressio hæc fiat per sensum in cerebrum non absq ministerio spirituum, causa illius diversiaris requirendæ erit vel in cerebro, vel in spiritibus, vel in ipsa sensione, siue, ut Aristoteles loquitur, motione. Quod si causa memoria sit impressio stabilis, profunda & fortis (uti & in omni alia alteratione res se habeat quando non leviter impressum occupat corpus) superficiariæ vero & imbecillem oblivio sequatur, dubium non erit, propterea vel alios alii, vel eundem seipso melius meminisse. quod impressio fiat facta ve sit stabilior, vel minus stabilis & infirmior.

20. Quin etiam objecti ratione fortior sit specierum à spiritu suscep- tarum impressio: Si nimis res fuerit nova, admirabilis, inaudita; Qualia sunt Aristotelis τὸ πάσια ἀκόσμη, & figurae Ἐσοπικα. Fracast. De Symp. cap. 20. Scalig. Exer. 307 Sect. II. Vel si omnino ejusmodi, quæ effectum pariat; quo nomine dicebat Tacit: Faciarum asperarum & quæ multum ex vero traxere, longam esse apud præpotentes memoriam; Lib. 5. Annal. Acīμνη & illa, quæ semel in vita fiunt, ut celebratio nuppiarum, natalicia, mors amicorum. Quæ quia rara aut caras sunt, acrem sui memoriam relinquunt;

21, Per-

21. Permanentiam maiorem fortitiae sunt & illæ species, quæ longius  
& ad plura diffundere se consuevere, ut lumen & sonus; Propter quod  
eorum, quæ vidimus vel audiimus reminiscimur magis, quam eorum  
quæ gustavimus vel olfecimus. Fracast. lib. 2. De Intellect.

22. Quæ item videmus alterius in animum subeunt quam quæ audi-  
mus: quoniam visus longè plura alia ostendit quam alii sensus, & ma-  
gis distinctè; Siquidem & loca & figuræ & motus, & actiones & pro-  
pinqua & remota usq; ad cœlum monstrat, & alia multa, quæ alii sen-  
sus non monstrant.

23. Eiusmodi in universum illa sunt, ad quæ omnes inclinati  
nascimur, quæ & intenti & cum voluptate facimus: Qua de causa  
avari circa pecuniam incredibili quadam industria memorias exer-  
cent; Et heredes Terentiani, si talentū res relinquatur decem, pri-  
mi progeniem usq; ab avo & atavo memoriter proferunt, sin minus, non  
norunt. In Phorm. Act. 2. scen. 3. Hac enim omnia solent tenaciter  
retineri, quod eorum major applicatio fiat: Sicuti contra somniorum,  
propter inordinatam ac momentaneam applicationem dissultoria &  
evanidae imagines videntur.

24. Praterea, cum multa sanguinis & spirituum agitatio, ut in  
ebriosis videre est, obstat memoria faciat obliviosos, contactu certè opus  
erit & mora temporis ad alterationem & memoria actionem, spiri-  
tusq; imaginem deferentes pacati sint & conquiscent necessum est  
Fracast. De Symp. cap. 11. & 19.

25. Animorum enim affectiones præsertim vehementiores spiritus  
& sanguinem exagitant: Et vel intrò contrahunt, ut Metus; aut  
foras pellunt, ut ira. Quò sit ut facile obliviscamur, illorumq;  
quæ per metum vel iram faciamus, non bene meminemus. Galen.  
lib. 2. De motu muse. cap. 8.

Oἱ τε ζῷα πάντα νέοι καὶ οἱ γέροντες ἀνύπνοοι εἰσι.

26. Aetatum ratione maximè capit oblio pueros & senes: Quod  
propter augmentum & decrementum in motu sint. πέροι γὰρ οἱ μὲν  
δέκατην αὐξησον, οἱ δὲ δέκατην φθίσσον.

27. Puerorum enim natura cum incremento corporis, quod absq;  
B largio-

largiori nutriione magnaq; vaporum ex alimento vi & copia, ac proinde sanguinis & spirituum agitatione minimè contingit, tota addicta sit, atq; calor etiam (qui quod in ipsis multis sit & abundè occupatus, volvitur & ferocia testantur) minus vacet operationibus animæ cognitricis, minus etiam impene rerum imagines vel capient vel repetent. Scalig. Exerc. 311. Hipp. De natura pu.

28. Horum omnium contraria sunt in senibus: qui cum parcus nutriantur, & ob id tibescant & extenuentur, ac plerumq; parum dormiane, calor quoq; & spiritus iis minuuntur; quorum defectu operationes anime, in quibus erant & impressio & conservatio imaginum, earumq; reperitio, tandem etiam in veterascunt: quemadmodum in ruinosis parietibus aulae depicta indies exolescunt. Quod & Aristoteles & Galenus ab operariis qui fatigati & fracti labore corporis torpent, scire demonstrauunt.

29. Non omitendum huc quod hoc loco possit objici: Pueros & senes feliciter meminisse quam qui mediis sunt, sive aequaliter. Etenim in ore omnium illa sunt Horat. carmina: Quo semel es imbuta, &c. Neq; minus clara est de senibus Aristotelis sententia, quam nos supra citavimus: Th. 17. A quibus si diversum huc doceatur, ut doceri videatur, Aristoteli cum Aristotele pugna erit aq; discordia.

30. Solvit hunc nodum Simon Simonius hoc modo: Per accidens fieri, ut quæ disciplina puerili combibuntur in multam etatem bareant. Pueri namq; sunt evanquores non propter esse exortas seu nativam cerebri temperiem, quam respiciebat Arist. cum felicem ac facilem specierum impressionem pueris negaret: Sed si quæ à pueris servantur ita ut consequantur, sicut illud ob causas externas, ut sunt otio copia, animus instar rasa tabulæ yatus, & deniq; novitas & excellentia rerum. Vnde exemplo Anæ inueniunt seriem Romanae histrio in clypeo sculptam, Mirantur rerumq; iugari imagine gaudent.

31. Senes autem multa consimilia in mundo cum experti sint, eorum quedam meditazione frequenti adeò confirmata sunt, ut in habitum transferint. Vnde volvitur ipsis est, si alii memorabilia narrent, que vel

vel ipsi egerint, vel ab aliis acta viderint. Et hanc Præceptum  
esse è repub. veritatis, egregio monstratur Aristotelis testimonio, quod  
sic habet: O μὲν ἡ οὐσία μετατοπειαὶ μᾶλλον ἐξηγεῖται. Ge.  
Probl. 30. quest. 5.

32. Solent autem servatæ Species quandoq; debiles & impotentes fie-  
ri, quandoq; etiam interire; Idq; vel propter senium vel ob ali-  
quam laisionem dispositionis, que haber conservare, & instrumenti vel  
etiam subjecti qualitatem consequitur; Id quod senibus & aliquibus  
pestilenti febre confectus accidit, è quibus quædam adeò servierunt, ut  
incolumes si qui evasissent vix sui nominis meminerint. Thucydides  
De bello Pelopon. Galen. Lib. 3. De locis aff. cap 5. Plin. Lib. 7. c. 24.  
Lipsius Lib. 1. Electror. Perer. Lib. 5. Commentarior. in Genes. quest. 3.  
de Pontifice Ratissponensi refert ipsum à Maria Virgine rerum omnium obli-  
vionem multis precibus impetrasse.

33. Conseruent Species, quando corruptis prioribus Spiritibus, in  
quibus illæ sedem habent, in novos & recenter genitos sese propagare  
nequeunt; quod evenit quando magis absunt à primis & jam animum  
minus movent. Ut si ab a Spiritu species transeat in b. & ab hoc  
in c. & ab isto in d. & à d in e. Validissima quidem est prima spe-  
cies, qua est in a. Valida item qua est in b. Sed minus tamen; mi-  
nus quoq; qua est in c. & minus qua in d. & adhuc minus cetera  
qua in e. Quare tandem devenitur ad tantam tenuitatem, ut inf. &  
in g. propagari nequeant. Species senio suo confecta; Unde postremo cum  
intereuntibus suis subjecti intereunt nisi aliqua per iteratas intellectio-  
nes rejuvenescant & nitorem pristinum recuperent.

Πῶς Λυμπεῖται οὐρανὸς καὶ ἀνάμνησις.

34. Quid porro causa sit, ut aliqui eorum, qua nunquam antea sci-  
verunt, recordari se putent, iam nunc explicemus. Sanè, omnes illos,  
quorum Phænomena non profiscuntur à rebus ipsis, nec sunt certarum  
rerum imagines gravissimus interdum erroribus implicari necessum est;  
Ut item egregie falleretur si quis somnia pro veris visis haberet: Fal-  
sa verò & ejusmodi phantasmatu dormientibus, ecstaticis, & interdum  
etiam vigilantiibus obferuntur. Scalig. Exerc. 312.

35. Ac dormientes quidem somniorum vanitatibus certum est sapere decipi: Cum ea se coram habere autem, quae non habent; Vii Arisiboreos & Hipp. ex his etiam ratiōnēs annotatum reliquerunt.

36. Cur item illi, qui pati solent phantasias, eorum, quae concipiunt aphantasia singunt, recordari se putent, causa sat is est perspicua: Putant enim qui in excessu mentis sunt, ea quae comminiscuntur, effecta esse, eademque ut effecta & sensu percepta narrant, id insani quod non est imago ut imaginem versantes.

37. Estque Enseptus (quam alius causā definimus hic) nil aliud quam excessus phantasie in admiratione, quo qui laborant ab omni alia re distracti immotus redduntur, & quasi sensu destituti. Aristot. De divinat. Somnior.

38. Hac Melancholicis accedit atque illis qui phantasias rigent: (comitem divinos rapetus, quorum aliam rationem ex arcanis diuinæ scientiae deducit Ioh. Cap. 2.) dum falsa & insolenti talibus ostenduntur ratiōnēs & dico. Imitatione Cacodæmonis instinctus facit ut inani studio stupidi in celo, aliisve locis amoenioribus, & nescio quibus campis, quos Poete vocant Elysios, vario cultu adornatis animum occupare videantur, ubi maxima simul perfusi lætitia frui se convivis & consuetudine deorum, dearumque herere amplexibus opinantur.

39. Tales fuerunt, quae immundorum suggestu spirituum fœdissimè vaticinari solebant, ut Pythiacæ sacerdotes & Sibyllæ: De quibus Thomas Lib. 3. Contra gent. cap. 154, nonnihil: & in Secunda secundæ, ubi pluribus questionibus de his agit. Plutarch. De Orac. def. Tales sunt, quas Tostatus refert Stryges Hispanicas, quae narcoticis obunctæ summam voluptate volant in aere Thessalie, licet in Iberia corpus à gubernatore derelictum exanimetur, suasque etiam obire & exercere functiones ad tempus desinat, solo corde vel cerebro excepto, quod à Melancholico humore obscurum stimulatumque jam splendidas jam terras & abominandas pro varia atra bilis cum ceteros humoribus admitione & temperatione deewepas singit & format.

40. Tales sunt quas autores Ægypci memorant gentes, quae certis temporum periodis, præsagis furoribus & maniacis affectibus cœū cruditi.

MOIS VO.

mois voti ueroi corrupti confuerunt; Ut mulieres Beotiae, Chiæ, Pe-  
lopnesia, filiae item Præti Argivorum regis, quarum furor in historiis  
notatur. Tales sunt rediuvus Phæreus Platonis, Antipheron  
Oritanus Aristocelis, Epimenides Laërt Bodino judice, Atheus Phi-  
losophus Herodori, Harmon Clozomenius Plinii, Soleus Plutarchi.  
Quibus sociis accenseri vult H. Cardanus, qui tum de se ipso confiteretur,  
tum de Fuccio patre, quem etiam d'ap' ova mæd' por habuisse scribit,  
¶ ejusdem ope, quoties vellent, animis sic abreptos extra corpus fuisse,  
ut nullum omnino dolorem in eo statu vulneribus illatis senserint.  
Infin. libri De rerum variet.

41. Ab Ecstaticorum ludis haut abludere videntur Pilappis, eo-  
rumq' vicini Finlandi, gentes sub ultimo Septentrione bruta fere & ye-  
lue ~~ragad~~ & ~~λαθέτις~~: A quibus si quis peregrinus de suorum conditio-  
ne, si vel trecentis vel mille miliaribus abint, certi quid scire cupiat,  
præstant ut intra 24 horarum spatum resuscitat quid illos agatur. To-  
tam rem ita geri narrant: Incantator postquam ystatis ce-  
remoniis evocatos deos suos compellavit, subito collabens  
exanimatur quasi extincto illo revera abscedat à corpore  
anima; Neque enim aut spiritus in eo reliquis esse,  
aut restare cum vita sensus aliquis & motus videtur. Sed  
ni semper aliquis advigilet qui afflatis halitibus frigidius-  
culis protectum corpus molliter soveat, mox angi & la-  
borare incipit, idemque à dæmonibus abripitur nisi custos  
ventilabro quodam ingruentes abigat muscas. Horis  
24 elapsis revertente spiritu ceu è profundo somno cum  
gemitu expurgiscitur exanimus quasi revocetur in vitam  
ex morte qui conciderat: & sic restitutus testimonii cer-  
tissimis respondet ad interrogata quæsitoris.

42. Utrum autem exeat anima è corporibus ~~en~~ celum & circum-  
volvet hinc inde mundi angulos perreptans atq; inspiciens diuino duellu,  
quod falsò censuit antiquitas: An verò solus humor Melancholicus in  
cordis aut cerebri sese corpus ingerens animam à corporis avocatam gu-

ternatione talibus phantasmatis implicei; alius disputationis est,  
quam, ut ne nimis à proposito vagemur, omittamus.

43. Fit autem ut aliquando intelligamus simul ex reminiscamur:  
Etenim si quis hodie à praeceptore aliquam Euclidē propositionem au-  
diat quam sexennum ante audiverat quidem, sed obliuioni pro rata  
eradicerat, putabit se intelligere; cum novum quid recipiat: statim  
tamen hanc eandem propositionem alias quocū semet audivisse recorda-  
bitur.

Αἱ μελέται τῶν μημάτων Σωκράτεος ταῦ Πτανα-  
φιανήσκειν.

44. Postremo, meditationibus confirmari Memoriam sciunt qui  
non ignorant, Omne in nobis habitum gigni & incrementum capere  
ex operationum iteratione. Arist. Categ. Qualit. Lib. 2. Ethic. Lib. 2.  
Metaphysic. Probl. 21. 31. Quint. Lib. II. cap. 2. Scālig. Exerc. 307. Sect. 37.  
Zibar. De Specieb. cap. 8. Itaq; ex Erasmi inscriptio: Optima  
Memoria atque est penitus intelligere, intellecta in ordinem  
redigere, postremo subinde repetere quod meminisse velis.  
Et Mantuanus: Sæpe recordari medicamine fortius omni est.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΝΑΜΝΗΣΕΩΣ.

45. Dicamus nunc de Reminiscencia. Quæ licet Memoria repe-  
titio non sit, aut nova scientia adquisitio, similitudine tamen adeo ad-  
propinquat illis, ut magnum illum Platānem, (id quod ex Timao ex  
Menone liquet) in errorem quoq; traxerit. Extat Hippocratis senten-  
tia: Similitudine bonos quoq; decipi. Et Eustathius valde dicebat apposite:  
Aquilam à columba facile discerni, columbam verò à palumbe non æquè di-  
noscit facile.

46. Qui enim de novo discit aliquid, aut per inventionem & disci-  
plinam primum adquirit, nil repetit ejus quod antea meminit: Ideo  
ista memoria repetitio dici non potest; Siquidem tunc quando primum  
addiscimus nulla praefuit memoria ejus, quod discendo adquirimus.  
Quomodo igitur memoriam repeatat, quam ne quidem sumit? Quum Me-  
moria non statim pariter cum rei scientia signatur, sed hoc prius contin-  
get, illa posterius: neq; omnia, quæ discimus, meminerimus.

OvX

Oꝝ si autem per modum rea p[ro]positio.

47. Clarum itidem est inter Reminisci & Meminisse discrimen: Reminisci est resumere scientiam alicujus rei, quam antea habuisti quidem, sed nunc non habes: At qui meminit simpliciter, is scientiam ejus rei & habuit & adhuc in memoria habet. Estq[ue] Reminiscentia veluti via, Memoria ut terminus viae, & quasi id Cunneatus q[ui] in Demonstratione.

48. Reminisci verò & Recordari sic à subtilioribus disparantur; licet hoc Latinus etiam hominibus non raro negligatur: Recordari est servare memoriam sine inter media aliqua obliuione: Reminisci est cum inter media aliqua obliuione, ita tamen ut aliquid servetur connexum cum eo, cuius eramus oblii, per quod tanquam per derelictum semen cultu rationis in memoriam redimus.

49. Ex his apparet quid Reminiscentia sit, & quid Recordatio. Recordatio, sicut apertissime definit Scaliger, est opera intellectus species recolentis: Reminiscentia est disquisitio ceterarum specierum, amio importunarum, digestio obiurbatarum, quibus discussis sit ut intellectus sibi praesens sit.

50. Reminisci igitur tum demum contingit, quando unam speciem motam consequitur altera. V. g: Si audias Imper. Turicum recens electum jugulare omnes consanguinitate iunctos, etiam infantes ex regia stirpe natos ne quis insidietur, statim in mentem redit similis parvici-  
dii perpetrati à successoribus Alexandri; quod vel ipse apud Iustinum legeris, vel ab aliis aliquando memoratum audiveris. Hic prius illa notio fuscitat hanc, quae antea in mente consopita erat.

51. Quod si quipiam fueris, cuius non facis meminisse quimus, aciem Memoriae per omnia circumferimus, ac tentamus si quod tale nobis occurrere posse principium, à quo digressi incidere valeamus in id, quod in memoriam redigere conamus.

52. Interdum verò una tantum ansa arrepta reminiscimur, interdum pluribus initis tentaris ad unam quoddam pervenimus, à quo deinceps recordationis tela pertexitur. E. c: Volunus recordari quo tempore amico adfuerimus Induciomaro; non possumus a. nisi cū discursu; quoniam

quoniam è memoria id tempus decidit ; Recordati tamen quod nos rosā plurimā coronavimus ; rosa autem non nisi vere provenit ; hinc remi- niscentiam facimus, quod verno tempore unā fuerimus. Quod si lu- ber etiam Induciomari, qui unā adfuerit, reminisci, videndum nobis in confuso & quasi per umbram, fuisse aliqua ex parte nomen bellicum, quod denotaret pacem certo pacto hosti datam, quæ Latinis Induciae vo- cantur ; Cui si Maris, quod notum est, nomen adjungatur, evolutione hac Induciomarus in memoriam reducitur.

53. Principium autem illud, cuius in reminiscendo magna vis est, à quo etiam orsi venamur ea, quorum reminisci cupimus, ex variis ha- bemus circumstantias, à loco, à tempore, vel etiam à Simili, aut Contra- rio, aut propinquo seu finitimo : Quæ recordari faciunt, quatenus ne- cessaria quedam est iis connexio, et ipsa rerum natura sic fert, ut uno succurrente statim & alterum succurrat, non secus atq. in catena, annulli inter se coherentes trahit uno reliqui seriatim consequuntur. E. g.: Si vidisti nudius quartus Agrippam cum Dione in portu ambulan- tem aut luctantem in palestræ ; utrumq. quia simul consignasti, simul etiam uterq. occurrit ad actum tuæ recordationis.

54. Aristoteles horum trium meminit : Affinium, Similium, Con- trariorum. Age, Contrariorum motiones an simul fiant & occurrant simul, videamus ab exemplis : Forte venit in sermonem, Dæmones hæc pingi nigros ; statim recordari joci alicujus, qui dicebat, apud Æthiopas pingi albos. Similia item quia in aliquo tertio conveniunt quo aliquatenus eadem sunt (Vt congruentia quedam est cali & humani capitis, quatenus utraq. in loco superiore, & quatenus concava ; Sic Hyems & Senectus in frigore & segnitie, &c.) indicant & subinferunt suisimile. Sic effigies efficit & aperitorum effigiantur. Deniq. etiam Finitima vel σωγης οὐτε secum trahunt & adferunt finitima propter partium cohesionem, ut contingit in recitatione carminum ubi versus versus trahit, antecedens sequentem & sic consequenter.

55. Verum fieri interdum solet ut notissimorum, maximeq. familia- rium recordari nequeamus : Cujus rei causa est, quod eodem tempore illæ se nobis offerunt, quæ similitudinem habent cum eo, quod reminisci exoptamus,

exoptamus, nosq; per inadvertitiam partes quae sit nominis in ordine suo negligenter comparavimus. Vt, valenti preferre Dorothea nomen alioquin notissimum & millies prolatum, accidit tamen ut nusquam invenire posueris, sed modo Theodora, modo Timothea; qua nomina convenientiam habent cum Dorothea; ubi nec advertit, ut Doro precederet, Thea sequeretur; sed modo occurrit quodcum Thea convenientiam habebat, ut Timothea, modo quod cum Doro & cum Thea, sed per verso ordine Theodora. In qua perplexitate si mens & memoria maneat, reminiscendi, conatus distrahiur & depravatur, quam confusione timor & verecundia deinde produnt. Idem Sollicitus est in Themistij Leostene pro Leophane.

56. Iam ut huic tabule suam velut cypressum adpingamus, addendum & hoc arbitramur: Hic nonnullos de Memoria critixus disputare; Cujus & Aristoteles & Cicero & Quintilianus multiq; alii recentiores in Rhetoricis meminerunt. Ea consistit in locis & imaginibus certo modo constitutis: Loca autem ista sibi alii finxerunt in signis Zodiaci secundum ordinem signorum & partium, quæ item in suo quinq; corpore partiri & collocare posse. Alii sumserunt nomina animalium 23. juxta seriem literarum, ut: Aquila, Bos, Canis, Dama, Elephas, &c. Vbi in quovis animali si quinq; loca imaginem, loca 115. nobis offeruntur: Lacet Seneca, de quo Raphaël Volaterranus, Lib. 19. ad bis millenas imagines usq; progressus memoretur, unoq; & eodem intuitu, toridem rerum, quas voluerit recordatus. Sed quia de hac ratione Memoria judiciori & insignes in Philosophia viri non verentur dicere: Nullum artem hanc ad memoria vim acuendam sine usu & exercitatione momentum habere, mittentes eam, in eorum scitis, quibus est complacita, relinquemus.



C AVCTA.

# A V C T A R I A.

I.

Memoriam à manendo, dictam Plato vult in Cratylō his verbis: η μνήμη παράπονο μετί, ὅπι μόνη ἐστιν εἰ τῇ ψυχῇ  
ἀλλ' οὐ φορεῖ. Scalig. Exert. 307. Sect. 2. παρεῖ πά μετέντο.  
Quæ si cui incommoda videntur, accommodet sua me-  
liora.

II.

Reminiscentia non est facultas à Memoriā distincta,  
sed eiusdem facultatis per auxilium rationis distincta  
actio.

III.

Reminisci Deo non convenit: Cum oblivionem notet,  
quam ipsi tribuere plus quam iniquum est.

IV.

Qui vim rationis in brutis esse censem, firmis rationibus  
destituuntur;

V.

Ad internorum sensuum ἔργα, quam nonnulli Medici  
& Philosophi statuunt, non sufficit hoc quod eorum  
sedes unica sit: Quoniam universæ animæ sedes unica  
est, cum tamen variis facultatibus sit prædita.

VI.

Communis sensus solum versatur circa præsentia, phan-  
tasia circa præsentia & absentia, Memoria tantum cir-  
ca absentia.

Tῷ Θεῷ τῷ τρίει κλέσι.





## EXCVSATIO ET CENSVRA BONORVM CONATVVM.

Quâ veniam, quâ gratiam deposita arbitri-  
ter honorarius cunctis Lycei militibus , qui  
non factiosi contendant de gloria , quæsto-  
res tantum veritatis:

Oὐ μέν δίκαιον γε πᾶσιν ὁμοίως ἀπολημμένον , ἀλλ' ὁρῶν δια-  
τὸν αἰτίαν τοῦ λέγεντος εἶτι . ἐπὶ τῷ τόπῳ ἔχοντος τοῦ πιστεῖν , πί-  
περνού ἀνθρωπίνως , η̄ καρπούρων . Τὰς μὲν γὰρ ἀκεραιότερας  
ἀρχας ὅπερι οὐδὲ πάτερ , τοτὲ χάρεν ἔχειν δῆι εὐείσοντο .










Oꝝ si autem p̄cipio in re aperit.  
 47. Clarum igitur est inter Reminisci & Memoriam:  
 Reminisci est resumere scientiam alicujus rei, quod  
 quidem, sed nunc non habes: At qui meminit simili-  
 s̄us rei & habuit & adhuc in memoria habet. I  
 velut via, Memoria ut terminus viæ, & quasi tu-  
 Demonstratione.

48. Reminisci verò & Recordari sic à subtiliori  
 licet hoc Latinis etiam hominibus non raro negligati  
 servare memoriam sine intermedia aliqua obliuione: &  
 intermedia aliqua obliuione, ita tamen ut aliquid  
 cum eo, cuius eramus oblii, per quod tanquam per  
 cultu rationis in memoriam redimus.

49. Ex his apparet quid Reminiscencia sit, &  
 Recordatio, sicut ap̄tissimè definit Scaliger, est oper-  
 recolentes: Reminiscencia est disquisicio ceterarum  
 importunarum, digestio obturbatarum, quibus discur-  
 sibi pr̄sens sit.

50. Reminisci igitur tum demum contingit, qua  
 motam consequitur altera. V. g: Si audias Imper-  
 electum jugulare omnes consanguinitate iunctos, eti-  
 gia stirpe natos ne quis infidetur, statim in mentem  
 dii perpetrati à successoribus Alexandri; quod vel  
 legeris, vel ab aliis aliquando memoratum audi ver-  
 notio suscitat hanc, qua ante a in mente consopita er-  
 51. Quod si quipiam fuerit, cuius non facis re-  
 aciem Memoriae per omnia circumferimus, ac een-  
 nobis occurrere possit principium, à quo digressi incide-  
 quod in memoriam redigere conamur.

52. Interdum verò una tantum ansa arrepta re-  
 dum pluribus initis tentatis ad unum quoddam per-  
 incepis recordationis tela pertexitur. E. c. Volumus  
 pore amico adfuerimus Induciomaro; non possumus



077

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No.